



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.21. Benedictus seu Bonosus Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

dæ vindictæ cupiditate ardentis machinatione occisus est.

Sæculum VI.

A.C. 573.

§. XXI.

*Benedictus seu Bonosus Papa.*

**L**ongobardorum irruptio causa fuisse creditur, quod Sacra Sedes Joanne III. defuncto tamdiu vacaverit, nam in Mensẽ decimum dilata est Electio. Tandem Benedictus cognomento Bonosus Patria Romanus Bonifacii filius Papa creatus est, atque anno Imperatoris Justiniani septimo nempe anno Christi 573. 16. Maji ordinatus. Sacram Sedem annos quatuor inter diras Longobardorum persecutiones tenuit. Sub hoc Pontifice Roma fame periisset, nisi Justinus Imperator missis ex Ægypto navibus frumento oneratis extremæ Incolarum inopiæ succurrisset. Sublato Alboino Longobardi Clephum Regem salutarunt; cum vero & ipse elapsis octodecim mensibus ab uno famulorum suorum fuisset occisus, Longobardi decem annorum spatio sub nullo Rege, sed sub Ducibus suis, triginta autem numerabantur in singulis Civitatibus, fuere. Hic Regni modus placuit post Alboini adventum anno septimo seu anno Christi 575. Porro illius Anarchiæ decennio, Ecclesiæ spoliata, interempti Episcopi, eversa urbes, populi exterminati.

Lib. Pont.

Chr. Jo.  
Bict.

c. 32.

S. Cer-

Sæculum VI. S. Cerbonius Episcopus Populonien-  
 A. C. 573. sis in Hetruria in Insulam Ilvam haud  
 procul ab illis littoribus sitam confugit.  
 Greg. III. Cum sentiret mortem esse vicinam Cle-  
 Dial. c. II. ricis suis mandavit, ut corpus suum in Se-  
 pulchro, quod sibi in urbe sua præpara-  
 verat, conderent. Illis respondentibus:  
*Quomodo Corpus tuum illo deferemus, cum  
 ibi dominantur Longobardi?* dixit: *No-  
 lite timere, sed, postquam me sepelieveritis,  
 cito recedite.* Fecerunt imperata, vix-  
 que pedem in cimbam retulerant, Go-  
 mar ex triginta Ducibus unus in urbem  
 Mart. Rom. pervenit. Ecclesia S. Cerbonii Memo-  
 10. Octobr. riam 10. Octobr. colit.

Longobardi quemdam Diaconum  
 comprehenderant, &, vinctum servan-  
 tes, occisuri erant. Sanctus Sanctulus  
 Greg. c. 17. Presbyter Nocerensis rogabat Barbaros,  
 ut innocenti vitam donarent, cumque id  
 impetrare non posset, petiit, ut saltem si-  
 bi custodiendum traderent, & se ipsum  
 pro eo vadem acciperent. Media nocte  
 ubi Sanctulus Longobardos stertere vi-  
 dit, Diaconum a somno excitatum hor-  
 tabatur, ut fugeret. Renuebat primum  
 Diaconus, bene intelligens, in quantum  
 periculum, si fugeret, S. Sanctulum esset  
 conjecturus. Postea tamen, Sancto Vi-  
 ro urgere non cessante, aufugit. Alte-  
 ra die S. Sanctulo fatente, fugisse Diaco-  
 num, Longobardi dixerunt: *Bonus vir  
 es!*

es! nolumus te inter cruciatus interficere. *Sæculum VI.*  
*ve. Elige genus mortis, quod volueris. Re- A. C. 573.*  
 spondit: *Eo modo occidite me, quo Deus*  
*permittet.* Igitur decernunt, ipsum capi-  
 titis abscissione necare. Quia hujus  
 Viri Sanctitatem omnes venerabantur,  
 Longobardi, qui in illo loco degebant,  
 confluxerunt, mortis ejus spectatores fu-  
 turi. Ipse petita orandi licentia, & im-  
 petrata, in terram se prostravit; at illi,  
 cui mandatum erat, ut percuteret, mo-  
 ra nimia videbatur; itaque pede pulsa-  
 tum surgere jubet. Sanctus genibus  
 suis nixus conspecto evaginato gladio  
 voce elata dixit: *S. Joannes, ictum pro-*  
*bibe!* tum carnifex extenso brachio ob-  
 rigit, nec illud retrahere valuit. Cun-  
 cti Longobardi præsentis viri potentiam  
 admirari, & rogare, ut illius, qui percus-  
 surus fuerat, brachium sanaret. Ante-  
 quam faceret, postulavit a Barbaro, ut  
 juramento se obligaret, nunquam post-  
 hac eo brachio ad occidendum Christia-  
 num esse usurum. Ipso jurante jussit  
 Sanctus, ut brachium contraheret, &  
 gladium vaginæ redderet. (\*) Barbari  
 ut

(\*) Hier haben wir eine theologische Anmer-  
 kung unsers Uebersetzers. Es heißet: Man muß  
 das Wunderwerk des *Sanctulus* mit unter  
 die Menge derer zählen die *Gregorius M.* in  
*Hist. Eccles. Tom. VIII.* E se

Sæculum VI. ut S. Viri virtutes præmiarentur, boves  
A. C. 573. & equos, ruricularum spolia, ei offere-  
 bant. Ipse dixit: *Si aliqua mihi dona-*

seinen *Dialogis* erdichtet, oder aus Einfalt und in guter Meynung für wahr angenommen und nachgeschrieben hat. Es ist meine Absicht nicht die Wahrheit aller Wunderwerke dieser Jahrhundert zu vertheidigen, allein es steht einem ehrlichen Protestanten übel an, sich nur den Verdacht beykommen zu lassen, ob nicht der heilige Gregorius Magnus einige Wunderwerke erdichtet habe. Der Uebersetzer saget ferner: Uebershaupt kann man bey Prüfung eines Wunderwerks diese allgemeine Regel annehmen: Ein jegliches Wunderwerk, das auf die Einführung oder Bestätigung eines wider die göttliche Offenbarung streitenden Irrthums eingerichtet ist, das ist ein falsches Wunderwerk. Denn da Gott allein Wunderwerke thun kann, so streitet es offenbar wider seine Macht, Heiligkeit, Gerechtigkeit, Liebe und Wahrhaftigkeit einen Irrthum durch ein Wunderwerk zu bestättigen.

An dieser Regel ist nichts zu tadeln. Nur Schade, daß unser Uebersetzer nicht im Stande ist zu zeigen, daß das Wunderwerk, welches hier erzählt wird, zur Einführung oder Bestätigung eines wider die göttliche Offenbarung streitenden Irrthums eingerichtet sey. Mit solchem Blinderwerk werden die protestantischen Leser dieser Uebersetzten Kirchengeschichte hinter das Licht geführt.

*re vultis, date mihi cunctos captivos, quos abduxistis, ut causam pro vobis orandi habeam.* Omnes igitur, quos ceperant, cum S. Viro liberos dimiserunt. In Provincia Valeriana Longobardi ex una arbore duos Monachos suspenderunt, quos post mortem cantantes audiri ipsi latrones putarunt. In alia Italiae Regione Soranus Abbas captis, qui deinde manus Barbarorum effugerant, omnia vestimenta, & annonam, quam ad usum sui Monasterii servabat, imo & horti domestici olera, dederat. Supervenere Longobardi, pecuniam ab ipso exigentes, & dicentem nullam sibi esse, necarunt.

Sæculum VI.  
A. C. 573.

IV. c. 21.

c. 22.

§. XXII.

*Anastasius Antiochia pellitur. Gregorius Patriarcha.*

Longobardis Italiam misere devastantibus, Justinus Imperator totum se voluptatibus dabat, turpe affectuum depravatorum mancipium. Anastasium Patriarcham Antiochenum Sede sua eiecit, causatus, quod Bona Ecclesiae dissiparet; revera autem quia virum ode- rat. Nam, dum Anastasius Patriarcha electus est, Justino pecuniam petenti, ut ipsi consensum Justiniani Imperatoris obtineret, dare recusaverat. Justinus deinde Imperio potitus non nullis referenti-

Evagr. 5. c. 5

E 2

bus